

nate) de illius nucis dulcedine intima diligenter perquirere delectator, ij exterior, ego exteriora & interiora liquide perspicio. Igitur confidentia mea in te tanta est, ut hæc tiora in te imprimerentur, & munus meum (quamvis exiguum) læta fronte suscipias: mutuūq; me amabis (ut soles.) Vale, ex bibliotheca regia Richemerum. 17. Idus Iulii Anno 1521.

E. D. V.

AVCTORIS PRÆFATIO.

CVM annis plurimis super secretorum naturæ indagine, lucubrationibus non paucis propenso animo laboreq; infatigabili, me defatigassem: deniq; perpēdens omnia ejuscemodi indagacionis itinera, tramites, tum denormia, tū diverticula, ambiensq; semitas, quæ non solum de plena, verum etiā scrupis, gr̄phis, tropicis, enigmatibus, apothegmatibusq; variis (ne dicam larvis) occupata: nam Philosophi omnes sunt adeo sententiosi, una tamē difficultate minime contenti, tantis ambagibus tam involvunt, ut per eas neminem ad optatū finē pervenire posse arbitrer. Sive ergo larvas (ut Plinio placet) cum mortuis luctari, & in palæstra cum natura potius certare censui, præsertim Philosophis dicentibus: Natura te docebit, quæ quidem multis varia multisq; modis pulsata quæsitq; (Deo cōcedente) mihi tandem apparuit: quam primo impetu tantis varietatib. indutam, ornatam, remintuens nō parū stupefactus fui. Nā omnes hominum lingue ad suorū vestigamentorū enucleationē minime sufficerent: Illa vero me cōsolari cupiens prædulci ac blando sermone taliter alloquuta est: Nolitimere ô fili (inquit) nā ego sum Natura, quā tantis viribus quæsvisti, quæ ex mādato Dei tibi missa sum. Euge ergo, exulta, & letare, quia duob. modis te felicē reddā. Primum in hoc quod vides quantū misericordia Dei, pro te vilissimo peccatore facere dignata est, quæ

me